(2

SYSTEMA

MORBORUM SYMPTOMATICUM,

SECUNDUM

CLASSES, ORDINES

ET

GENERA

CUM

CHARACTERIBUS PROPOSITUM

A

JOANNE BAPTISTA MICHAELE SAGAR,
CIRCULI IGLAVIENSIS IN MORAVIA
PHYSICO REGIO.

IMPENSIS
JOANNIS PAULI KRAUS,
BIBLIOPOLÆ VIENNENSIS.
1771.

Niſi in Ordines redigantur, & velut caſtrorum acies diſtribuantur in ſuas Claſſes, Ordines & Genera, *omnia fluctuari neceſſe eſt.* Cæſalpinus.

307389 (2)

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

SYSTEMA

MORBORUM SYMPTOMATICUM.

CLAVIS CLASSIUM.

I. Vitia, Symptomata ſolidorum externa, palpabilia, chirurgiæ auxiliis curanda ſine notabili cachexia.

II. Exanthemata, febris cum efflorescentia cutis varia.

III. Cachexiæ, coloris, figuræ, molis in corporis habitu mutatio absque febre vehementi.

IV. Dolores, ſenſationes moleſtæ ad febres, aut phlegmaſias non referendæ.

V. Fluxus, exitus inſoliti cujusvis ſolidi, vel fluidi è corpore eſt character hujus claſſis.

VI. Suppressiones, meatuum impeditio; hinc excretionum conſuetarum in ſanitate impedimentum manu chirurgica non curandum.

VII. Anhelationes, motus ſpasmodici iterati, defatigantes pectoris, cum reſpiratione ſonora, moleſta, ſine febre notabili.

VIII. Spasmi, contractio vel conſtans, vel interpolata, invita, muſculorum motum localem efficientium.

IX. Debilitates, impotentia ſentiendi, adpetendi, imaginandi, organa, artusque movendi more ad ſanitatem neceſſario.

X. Phlegmasiæ, febris cum pulſu duro, dolore topico, inflammatione partis.

XI. Febres, frigus, calor, pulſus frequens, reſpiratio aucta viribus artuum imminutis, depravatis; vel ſola virium artuum notabilis imminutio ſine mutatione pulſus; ſine evacua- notabili &c.

XII. Vesaniæ, error mentis in imaginatione, adpetitu, judicio.

CLASIS

CLASSIS I.
GENERUM CHARACTERES.
VITIA.

Character Claſſis: Syndrome ſymptomatum cutaneorum in ſolidis palpabilium, morbi Chirurgici vulgo dicti.

ORDO I. MACULÆ, *mutationes coloris nativi.*

I. LEUCOMA, macula opacans corneam.

II. VITILIGO, macula cutem deprimens corymboſa.

III. EPHELIS, macula cutis corymboſa, fuſca.

IV. GUTTA ROSEA, macula faciei corymboſa, rubra.

V. NÆVUS, macula congenita protuberans, vel non.

VI. ECCHYMOMA, macula a ſanguine ſub cute effuſo.

ORDO II. EFFLORESCENTIÆ, *tumores humorales exigui, gregales absque pyrexia.*

VII. Pustula, phyma parvulum apice ſuppurans, rumpendum, ſubin in cruſtam abiens.

VIII. Papula, phyma parvulum desquamandum, nec ſuppurans.

IX. Phlyctæna, veſicula fluido ſeroſo plena.

X. Varus, tuberculum durum, conſtans.

XI. Herpes, papularum prurientium corymbus.

XII. Epinyctis, phlyctænarum atrarum dolens congeries.

XIII. Psydracia, phymata eryſipelatoſa.

XIV. Hidroa, exanthemata miliaria phlyctænoidea ſine febre ac aſthenia.

Ordo III. Phymata, *tumores humorales ſolitarii.*

XV. Erythema, phyma rubrum calens, diffuſum.

XVI. Oedema, phyma album, indolens. molle, impreſſionem digiti ſervans,

XVII. Emphysema, phyma pallidum, elaſticum.

XVIII. Scirrhus, phyma durum, indolens, cuti concolor.

XIX. Bubo, phyma ſcirrhoſo - phlegmonoideum in glandulis plerumque inguinalibus.

XX. Parotis, bubo juxta aurem.

XXI. Furunculus, phyma ſubdurum, inflammatum, prominens, vorticem habens incongerendum.

XXII. Anthrax, phyma apice gangrænoſum, in ambitu inflammatum.

XXIII. Cancer, phyma ſcirrhoſum, lancinans.

XXIV. Paronychia, phlegmone extremi digiti.

XXV. Phimosis, phlegmone præputii.

ORDO IV. Excrescentiæ, *tumores à ſolidis morboſe adauctis.*

XXVI. Sarcoma, excreſcentia carnoſa.

XXVII. Condyloma, excreſcentia cutanea tendineave.

XXVIII. Verruca, exereſcentia cutanea globoſa.

XXIX. Pterygium, excreſcentia plana in oculi cautho.

XXX. Hordeolum, excreſcentia varo ſimilis ad tarſos palpebræ.

XXXI. Bronchocele, excreſcentia gutturis.

XXXII. Exostosis, excreſcentia oſſis inſtar dura.

ORDO V. Cystides, *tumores capſulati fluido referti.*

XXXIII. Aneurisma, cyſtis arterioſa, pulſu noſcenda.

XXXIV. Varix, cyſtis venoſa.

XXXV. Hydatis, cyſtis lymphæ ductuum.

XXXVI. Marisca, tumor ſanguine turgens in margine podicis, isque pertinax.

XXXVII. Staphyloma, cyſtis corneæ, vel corneam perforans.

XXXVIII. Lupia, cyſtis in articulis ſpiſſo fluido plena.

XXXIX. Hydarthrus, cyſtis articuli aquoſa.

XL.

XL. Apostema, cyſtis purulenta.

XLI. Exomphalos, cyſtis umbilicalis ſæpius aquoſa.

XLII. Oscheophyma, cyſtis in ſcroto variis repleta.

ORDO VI. Ectopiæ, *partium ſolidarum é ſua ſede dimotio ſenſibus obvia; continentibus relaxatis.*

XLIII. Exophthalmia, ectopia oculi.

XLIV. Blepharoptosis, ectopia palpebræ.

XLV. Hypostaphile, ectopia uvulæ.

XLVI. Paraglosse, ectopia linguæ.

XLVII. Proptoma, ectopia appendicis alicujus corporis externæ morboſa.

XLVIII. Exania, prolapſus ani.

XLIX. Exocystes, prolapſus veſicæ urinariæ.

L. Hysteroptosis, prolapſus uteri.

LI. Gastrocele, hernia ſtomachi.

LII. Omphalocele, hernia umbilici.

LIII. Laparocele, hernia ventralis ſeu abdominalis.

LIV. Merocele, hernia cruralis.

LV. Bubonocele, hernia inguinalis.

LVI. Opoodeocele, hernia foraminis ovalis.

LVII. Iſchiocele, hernia intra tuber iſchii & os ſacrum.

LVIII. Colpocele, hernia vaginalis.

LIX. Perinæocele, hernia perinæi.

LX. Encephalocele, hernia cerebri.

LXI. Hysteroloxia, uteri obliquitas.

LXII. Parorchidium, ectopia teſticuli.

LXIII. Exarthrema, oſſium mobilium luxatio.

LXIV. Diaſtaſis, oſſium immobilium receſſus.

LXV. Loxarthrus, oſſium immobilium obliquitas reſpectiva citra ſpaſmum & exarthrema.

ORDO VII. Plagæ, *continui ſolationes.*

LXVI. Vulnus, continui ſolutio molli in parte hians, cruenta.

LXVII.

LXVII. Operatio, ſtudioſa ſolutio continui ad aliquid eximendum: ut lithotomia.

LXVIII. Punctura, continui ſolutio intus extenſa tantum, eaque inſtrumento pungente.

LXIX. Sutura, ſtudioſis puncturis mediante acu factis, filisque trajectis ſolutorum contractio.

LXX. Morsus, vulnus armis animalium factum.

LXXI. Contusio, partis cujuscunque in minimis vaſculis, particulis adtritio, fractio.

LXXII. Ambustio, plaga igne facta, ſuccedentibus inflammatione, phlyctænis, vel eſchara.

LXXIII. Fractura, diviſio oſſium in fragmenta ſeparabilia.

LXXIV. Fissura, oſſium diviſio rimam referens.

LXXV. Ruptura, ligamentorum, tendinumve ab oſſibus divulſio, ruptio, excoriatio.

LXXVI. Amputatio, vulnus detruncatione partis totalis factum.

LXXVII. Ulcus, vulnus ſuppuratum partis carnoſæ. Fiſtula, ulcus cortice calloſo vaginatum, ore anguſtatum.

LXXVIII. Rhagas, fiſſura cutis arida.

LXXIX. Eschara, cruſta mortua partis ſæpius cauſticis facta.

LXXX. Caries, oſſiis eroſio cava, vel aſpera perioſtio exfoliato, denudata plerumque nigra.

LXXXI. Arthrocace, ulcus medullæ cum oſſis carie, exoſtoſi.

ORDO VIII. Deformitates, *vitia vix ſanitatem lædentia.*

LXXXII. Gibbositas, thoracis dilatatio prominens.

LXXXIII. Lordosis, oſſium incurvatio absque moleſtia.

LXXXIV. Lagostoma, labium oris fiſſum.

LXXXV. Apella, præputii, vel alterius partis liberæ abbreviatio.

LXXXVI. Imperforatio, præcluſio meatus naturalis, ut ani, vaginæ &c.

LXXXVII. Polymerisma, partium integrantium numerum ordinarium exceſſus.

LXXXVIII. Epidosis, appendicum incrementum inconſuetum, ſanum, ut labii &c.

LXXXIX. Anchylomerisma, parrium concretio.

XC. Hirsuties, pili copioſiores, longioresque.

XCI. Cicatrix, callus replens ulcerationes conſolidatas.

CLASSIS II.

GENERUM CHARACTERES.

EXANTHEMATA.

Character Claſſis: Febris cum effloreſcentia cutis maculata, varia, puſtuloſa, papuloſa, phlyctænoidea &c. ſæpius maligna.

ORDO I. Exanthemata, *contagioſa*.

I. Pe-

I. Pestis, eruptio bubonum, anthracum, purpuræ, pemphigi, pyrexia typhodes.

II. Variola, eruptio puſtularum phlegmonoidearum; hæ ſuppurantes, eſcharoticæ, deciduæ, cicatriſantes; febris decateſſara; præludit cephalalgia, lumbago, & ſubin vomitus, nauſea.

III. Pemphigus, eruptio phlyctænarum avellanis ſimilium in artubus, pyrexia.

IV. Purpura, eruptio maculoſa, indolens, ſimilis pulicum morſui, ſine tamen puncto infixionis aculei, cum febre typho, vel remittente, lingua plerumque profunde rubra.

V. Rubeola, papulæ rubræ, uniformes, evaneſcenti-furforaceæ, febris hebdomadaria, præludium catarrhoſum.

VI. Miliaris, eruptio phlyctænarum milii ſemine non majorum cum ſudore vappido, febris continua vel remittens; præludit oppreſſio præcordiorum, pulſus contractus, urina

minus

minus tincta, ſemipellucida, aſthenia, lingua plerumque alba.

VII. Erysipelas, eruptio erythematis cum febre decateſſara; tumidula ſuperficialis, dilatabilis, desquamabilis.

VIII. Scarlatina, eruptio maculoſa ruberrima, pruriens, papuloſa, irregularis, desquamabilis, ſine præludio catarrhali, cum febre plerumque ephemera.

IX. Essera, eruptio plerumque apyreta, ſuberyſipelatoſa ſubito accedens per vices & recedens; *vidi hanc in puero ſemel cum febre ephemera gravi, & ſub receſſione eſſeræ qualibet alvus fluebat cruenta.*

X. Aphtha, eruptio puſtuloſa, phlyctænoidea, & ulceroſa dolens & urens in ore, vel pudendis, febris hectica obſcura, ſomnolentia. *An in pudendis obſervatæ dum in ore exſtant? Saltem id vidi in meis infantibus.*

CLASSIS

CLASSIS III.

GENERUM CHARACTERES.

CACHEXIÆ.

Character Claſſis : Vitioſus corporis habitus quoad volumen, æqualitatem, & colorem.

ORDO I. Macies, *diminutio voluminis corporis ex conſumptione pinguedinis, vel ſanguinis defectu.*

I. Tabes, macies cum amphimerina lenta ſine tuſſi.

II. Phthisis, macies cum amphimerina lenta, tuſſi & anacatharſi purulenta: *Dulcamara una fors medicina?*

III. Atrophia, macies ſine febre & tuſſi.

IV. Haemataporia, macies ex inopia ſanguinis. Deſcriptio: *ſucceſſu accedens virium debilitas, pertinacior aurium ſibilus, appetitus languens, facies lurida, epidelio tecta pallidiſſima, alvi fluxus, diabetes, ſudores ſubin profuſi, lipothymiæ, tibiæ tumidæ, quandoque hydrothorax his ſuccedens, vigiliæ, ſuſpiria, animi abjectio, mœror, mortis timor, pulſus vacuus.*

Lieu-

Lieutaud p. 52. Ant. de Haen Tom. VI. p. 114.

V. ARIDURA, macies, exſiccatio, unius tantum partis.

ORDO II. INTUMESCENTIÆ, *deformitas ex volumine, mole, auctis.*

VI. PLETHORA, intumeſcentia univerſalis ex abundantia boni ſanguinis: Diagnoſis; *amyſtidis & ventris cultus, pulſus plenus, venarum amplitudo conſpicua, æſtus & gravitas totius corporis, reſpirandi difficultas, laſſitudo ſpontanea, ſtupor artuum, partes epidelio tectæ ruberrimæ, temperamentum ſublaxum.*

VII. POLISARCIA, intumeſcentia univerſalis ab adipe.

VIII. PNEUMATOSIS, intumeſcentia univerſalis ab aëre.

IX. ANASARCA, intumeſcentia univerſalis œdematoſa.

X. PHLEGMATIA, intumeſcentia partium inferiorum œdematoſa.

XI. Physconia, intumeſcentia abdominis à partibus ſolidis ſine graviditate & fluctuatione.

XII. Graviditas, intumeſcentia abdominis ab hypogaſtrio incipiens, opus generationis ſubſequens & partu terminanda; pathemata gravidarum, menoſtaſia, mutationes oris tincæ, motus infantis.

ORDO III. Hydropes Partiales, *tumores à fluidis in cavitatibus congeſtis, abdomine. &c.*

XIII. Hydrocephalus, hydrops capitis à ſero.

XIV. Physocephalus, hydrops capitis à flatu.

XV. Hydrorachitis, tumor cyſticus ex hiatu vertebratum lumbarium in recens natis protuberans.

XVI. Ascites, hydrops totius abdominis à fluido non elaſtico, gravis & fluctuoſus.

XVII. Hydrometra, tumor hypogaſtrii ſine graviditate ab utero fluidis diſtento, rotundus, gravis, fluctuans.

XVIII.

XVIII. PHYSOMETRA, tumor hypogaſtrii à flatu uterum diſtendente; rotundus, elaſticus, levis, bombos ad preſſionem emittens.

XIX. TYMPANITES, hydrops totius abdominis à flatu, elaſticus & levis.

ORDO IV. TUBERA, *tumores partium ſolidarum non hydropici, externi, cachexia.*

XX. RACHITIS, deformitas ex articulorum tumore duro, carnium marcore, capitis mole; ingenium præcox in infantibus, oſſiumque flexilitas.

XXI. SCROPHULA, tumor ſcirrhoſus glandularum colli, meſenteriique cum labiis naſoque craſſioribus.

XXII. CARCINOMA, ulcera cancroſa cum doloribus lancinantibus, ſerpentia, vaſa tumida atrorubra.

XXIII. LEONTIASIS, cognoſcitur ex papillis ſetaceis, vel corniculatis cutim exaſperantibus: *aſpectus hominis ferinus.*

XXIV. Malis, tumores ſæpius purulenti, vel ulcera cum inſectis vermiformibus paſſim enata.

XXV. Frambæsia, excreſcentiæ fungoſæ mori inſtar granuloſæ ſæpius cum ulceribus.

ORDO V. Impetigines, *morbi contagioſi chronici, qui cutis excreſcentias, tumores gregales, exulcerationes, cruſtas, inducunt.*

XXVI. Syphilis, ulcuſcula, porri, bubones, ficus, nodi, tophi poſt gonorrhæam plerumque; dein puſtulæ cruſtoſæ, dolores nocturni, oſteocopi, exoſtoſes, caries, macies, & color turidus, morbum adeſſe loquuntur palam.

XXVII. Scorbutus, ſtomacace, maculæ lividæ, violaceæ, laſſitudo matutina, lurida facies, urina pellicula tecta: *ſcorbutus acidus probabiliter eſt chimæra.*

XXVIII. Elephantiasis, facies deformis, tubera calloſa, ozæna, raucedo, cutis elephantina, craſſa, unctuoſa, in extremis artubus anaſtheſia.

XXIX.

XXIX. Lepra, cognoſcitur ex tuberculis, ſcabie majoribus, vel cruſtis & ſquamis diffuſis, herpeticis, pruriginoſis, eſcharoticis.

XXX. Scabies, puſtulæ pruriginoſæ lentis magnitudine inter digitos, poplitem, &c. primum phlyctænoideæ, dein cruſta albicante tectæ.

XXXI. Tinea, cognoſcitur ex cruſtis flavis, vel griſeis, ulceroſis, per caput diſperſis.

ORDO VI. Icteritiæ, *cognoſcuntur ex totius cutis colore inaſſueto, pallido, flavo, nigro, rubro, lurido, ſine pyrexia notabili.*

XXXII. Aurigo, flavedo ad aureum vel aurantium tendens colorem præcipue ſcleroticæ.

XXXIII. Melasicterus, color cutis, vel & ſcleroticæ niger, atrolividus, fuliginoſus.

XXXIV. Phoenigmus, color ruber cutis, maculoſus, diffuſus ſine pyrexia.

XXXV. Chlorosis, eſt pallor, vel fuſcus color cutis, oculis minime flavis, ſæpius cum pica.

ORDO VII. Cachexiæ Anomalæ, *noſcuntur ex ſignis claſſeos, & adfinitate cum prioribus ordinibus.*

XXXVI. Phthiriasis, exortus pediculorum cum exulceratione & alopecia.

XXXVII. Trichoma, cognoſcitur ex capillis invicem complicatis, adglutinatis inextricabiliter ſæpius cum phthiriaſi.

XXXVIII. Alopecia, capillorum lapſus, cuticulæ desquamatio.

XXXIX. Elcosis, copioſa, ampla ulcera, chronica, fœtida, carioſa cum pyrexia lenta.

XL. Gangræna, mors partis, laxa dein reſolutio, foetor.

XLI. Necrosis, partis mors ſine prævio tumore, lenta, ordinario cum dolore rodente, dein exſiccatio, induratio, nigredo.

CLASSIS IV.

GENERUM CHARACTERES.

DOLORES.

Character claſſis: ingrata & moleſta ſenſatio, aut imaginatio, qualis ex nervearum partium laceratione, roſione, uſtione, preſſione, diſtractione, oritur, reliqua ſymptomata ſuperans hanc definit claſſem.

ORDO I. DOLORES VAGI, *ſæpius univerſales, aut cutanei, ad phlegmaſias non referendi.*

I. ARTHRITIS, articulorum dolor ſpontaneus, periodicus a ſynovia corrupta.

II. OSTEOCOPUS, oſſium dolor non erraticus & internus in artubus a perioſtio infecto.

III. RHEUMATISMUS, dolor diuturnus in parte carnoſa artuum ſine rheumate.

IV. CATARRHUS, collo vicinarum partium dolor à frigore ſuſcepto, cum tuſſi, coryza, &c.

V. Anxietas, moleſtia ad loci mutationem continuam cogens.

VI. Lassitudo, moleſtia cum debilitate, quæ ad quietem invitat.

VII. Stupor, moleſtia, quæ ſenſum tactus obſcurat.

VIII. Pruritus, moleſtia, ad ſcalpendum cogens.

IX. Algor, moleſtia, qualis à ſummo aëris frigore excitatur.

X. Ardor, moleſtia qualis a ſummo aëris calore producitur.

ORDO II. Dolores Capitis, *faciei vel capillitii.*

XI. Cephalalgia, gravativus capitis dolor.

XII. Cephalæa, periodicus, diuturnus, tenſivus capitis dolor.

XIII. Hemicrania, dolor alterutrius lateris frontis.

XIV. Ophthalmia, dolor oculi cum rubore, lucis intolerantia.

XV. Otalgia, dolor aurium.

XVI. Odontalgia, dolor maxillarum, dentiumque.

ORDO III. Dolores Pectoris, *anhelationis expertes.*

XVII. Pyrosis, ardor œſophagi ad ſtomachum extenſus.

XVIII. Cardiogmus, dolor cordis cum ejus pulſatione.

ORDO IV. Dolores Abdominis *interni.*

XIX. Cardialgia, moleſtia in ſtomacho ſyncopen minitans.

XX. Gastrodynia, dolor vehemens epigaſtrii, ſtomachive.

XXI. Colica, dolor inteſtinorum.

XXII. Hepatalgia, dolor hypochondrii dextri, hepatisve.

XXIII. Spenalgia, dolor vel moleſtia in regione lienis.

XXIV. Nephralgia, dolor lumbi alterutrius ureteris ductum ſequens, cum nauſea, teſtis retractione in viris, cruris ſtupore in fœminis, ſine febre acuta.

XXV. Hysteralgia, dolor uteri ſine niſu parturitionis, & phlegmaſia magna.

ORDO V. Dolores Externarum *partium locales.*

XXVI. Mastodynia, dolor mammarum.

XXVII. Rachialgia, dolor abdominis & ſpinæ dorſi in brachiorum paralyſin, aut convulſiones deſinens.

XXVIII. Lumbago, dolor lumborum corporis erectionem impediens.

XXIX. Ischias, pelvis & coxendicis dolor ſæpius claudicationem inducens: *hoc morbo multum laboravi ipſus, venæ ſectio & infuſum caffeæ nigrum ſemper me juvit, & penitus liberavit abſtinentia à vinis acidis.*

XXX. Proctalgia, dolor podicis citra teneſmum & phlegmaſiam.

XXXI. Pudendagra, dolor genitalium citra dyſuriam, iſchuriam, phlegmaſiam notabilem.

XXXII. Digitium, dolor periodicus articuli cujusdam digiti cum emaciatione ſine omni phlegmaſia; oſſis friabilitas: vide *Sauvages* p. 150. T. I.

CLASSIS

CLASSIS V.

GENERUM CHARACTERES.

FLUXUS.

Character Claſſis: exitus inſolitus cujusvis fluidi, vel ſolidi è corpore.

ORDO I. Sanguifluxus, *ſanguinis vel ſaltem ſanguinolentæ materiæ ejectio ſine alvi fluxu.*

I. Hæmorrhagia, fluxus ſanguinis è naribus.

II. Hæmoptysis, ſanguinis expectoratio cum tuſſi ſine pyrexia acuta.

III. Stomacace, fluxus ſanguinis è gingivis ſæpius fœtidis, putridisve.

IV. Hæmatemesis, ſanguinis rejectio ex œſophago cum vomitorio conatu, obſervantur & fæces alvi ſanguine tinctæ.

V. Hæmaturia, ſanguinis, fluidive rubri per vias urinarias emiſſio.

VI. Menorrhagia, ſanguinis per uterum, aut vaginam fluxus vitioſus, nimius.

VII.

VII. Abortus, fœtus immaturi, ſæpius cum menorrhagia ex utero excluſio.

ORDO II. Alvifluxus *ſanguinolenti.*

VIII. Hepatirrhoea, eſt alvi fluxus per inferiora ſanguinolentus, nec ater, nec torminoſus.

IX. Hæmorrhois, eſt fluxus cruentus ex podice; ſubin vero glutinoſus, ut ego habeo; vel ex recto mariſcis ſæpius obſito.

X. Dysenteria, eſt frequens, torminoſa, ſæpe tenesmoidea, mucoſarum & ſanguinolentarum fæcum depoſitio per inferiora.

XI. Melæna, fluidi atri per ſuperiora, vel inferiora rejectio: *vidi ſæpius.*

ORDO III. Alvifluxus *non ſanguinolenti.*

XII. Nausea, eſt inanis vomendi conatus, & flatuum aut muci ex ore exigui tantum per os emiſſio: *flatulentiæ genus analogum.*

XIII. Vomitus, eſt palpabilium materierum non cruentarum facta per os,

œſopha-

œſophagumque rejectio frequens ex ventriculo.

XIV. Ileus, gaſtrodynia, obſtipatio, anxietas, & vomitus demum fæculentæ materiæ determinant hunc morbum.

XV. Cholera, eſt ſyndrome ex vomitu, diurrhæa, gaſtrodynia & ſubin ſurarum crampo.

XVI. Diarrhæa, eſt excrementitiorum humorum frequens, copioſior, vel intempeſtiva dejectio.

XVII. Coeliaca, eſt albeſcentium, aut chyliacearum materierum per alvum dejectio plerumque profuſa: *in Venerabili Domino Stamitz vidi hanc.*

XVIII. Lienteria, eſt vix mutatorum ingeſtorum dejectio; *morbus hic frequens, ſanabilis.*

XIX. Tenesmus, muci pauci frequens dejectio per anum cum intenſa dejiciendi cupiditate, & aſſiduo conatu.

ORDO IV. Serifluxus, *fluidi nec ſanguinolenti, nec per alvum effluxus morboſus.*

XX.

XX. Epihidrosis, eſt ſudoris quantitate, qualitate, intempeſtivitate, peccantis effluxus.

XXI. Epiphora, eſt vitioſus ex oculis humoris lacrymalis, ſebacei, vel purulenti effluxus.

XXII. Coryza, eſt humoris ſeroſi, mucoſive è naribus effluxus ſine ozæna, plerumque cum gravedine.

XXIII. Ptyalismus, eſt ſalivæ uberior, frequentiorve ex ore rejectio, aut deſtillatio.

XXIV. Anacatharsis, eſt muci, purisve è pectore facta per os cum tuſſi rejectio.

XXV. Diabetes, ſubita poſt paſtnm potulentorum, vel urinæ utcunque coctæ nimia copia cum magna ſiti, per urinæ vias emiſſio.

XXVI. Enuresis, involuntaria doloris & ardoris expers mictio.

XXVII. Pyuria, eſt purulentæ, albeſcentis, aut viſcido-mucoſæ materiei mictio: *phyſice caſtis bonis avibus ſubin accidit.*

XXVIII.

XXVIII. Leucorrhæa, eſt ſeroſo-flavæ, puriformis, fœtidæ, atræ, materiæ ex utero delapſus, effluxus.

XXIX. Lochiorrhæa, lochiorum nimius fluxus.

XXX. Gonorrhæa, eſt ſtillicidium fluidi ſeminalis, vel puriformis ex urethra, aut vagina.

XXXI. Galactirrhæa, eſt ſtillicidium lactis ex mammis.

XXXII. Otorrhæa, eſt fluxus ex auris cavo, ambitu, aut parte poſtica.

ORDO V. Aerifluxus, *eſt flatus halitusve vitioſa emiſſio.*

XXXIII. Flatulentia, eſt morbus flatuum per inferiora, vel ſuperiora emiſſione frequenti, & borborygmis deſignatus.

XXXIV. Aedopsophia, eſt flatuum per urethram, vel vaginam ex utero emiſſio: *virginem ſalacem audivi ſonitus hos emittere.*

XXXV. Dysodia, eſt foetor ſudoris, variorumque miasmatum exſudantium:

huc

huc poſſunt referri & hæmorrhoides albæ, &c.

CLASSIS VI.

GENERUM CHARACTERES.

SUPPRESSIONES.

Character Claſſis: meatuum impeditio, hinc ſolitarum excretionum in ſanitate impedimentum.

ORDO I. Serosorum *ſuppreſſiones.*

I. Adiapneustia, tranſpirationis naturalis & llquoris humectantis organa ſuppreſſio.

II. Sterilitas, fecunditatis ſeu conceptus impedimenta, aut impeditio.

III. Ischuria, urinæ retentio ſine, vel cum ejusdem ſecretione; tumor aliquando hypogaſtrii, vel ſtupor renum adeſt.

IV. Dysuria, difficilis & dolorifica, ſæpius ardens, urinæ emiſſio.

V. Aglactatio, lactis defectus.

VI. Dyslochia, lochiorum ſuppreſſio.

ORDO

ORDO II. INGERENDORUM *ſuppreſſiones.*

VII. DYSPHAGIA, deglutitio impedita.

VIII. ANGINA, reſpiratio impedita cum ſenſu obicis in gutture, cum, vel ſine dysphagia, absque phlegmaſia.

ORDO III. SUPPRESSIONES *imi ventris.*

IX. METEORISMUS, eſt inflatio flatulenta, vel epigaſtrii, vel in morbo acuto ipſius abdominis: *cholera ſicca eſt ſpecies meteoriſmi.*

X. MENOSTASIA, menſtrua ſuppreſſa ac dolorifica.

XI. DYSTOCIA, partus difficilis, impoſſibilis.

XII. DYSHÆMORRHOIS, ſuppreſſio ſuetarum hæmorrhoidum.

XIII. OBSTIPATIO, alvus ſegnis, obſtructa: *ab hæmorrhoidibus internis tumentibus, & obſtipationem pertinacem cauſantibus ſiniſtre tractatus pannitonſor Hoffmann vir dives mortuus eſt.*

CLASSIS VII.

GENERUM CHARACTERES.

ANHELATIONES.

Character Claſſis: motus ſpasmodici, iterati pectoris cum reſpiratione ſonora, moleſta, absque pyrexia notabili.

ORDO I. Spasmodicæ, *inſultus fugaces ſæpius iterati cum exſpiratione ſonora.*

I. Ephialtes, anhelatio difficilis querula, cum inſomnio terrifico oppreſſivo.

II. Sternutatio, concuſſio violenta pectoris, cum exſpiratione veloci narium interiora everrente & ſonora.

III. Oscedo, repetita, lenta, profunda inſpiratio, ore hiante, ſæpius cum pandiculatione.

IV. Singultus, concuſſio diaphragmatis cum inſpiratione ſubito interrupta, ſonora.

V. Tuscis, concuſſio ſonora, violenta, pectoris cum exſpiratione ad pulmonem quodam obice liberandum.

ORDO

ORDO II. Oppreſſivæ, *conſtantes cum metu ſuffocationis.*

VI. Stertor, reſpiratio inter inſpirandum ſonum gravem, tremulum in gutture edens, ſæpe cum alterno ſibilo.

VII. Asthma, eſt morbus chronicus, cujus præcipuum ſymptoma eſt periodice recurrens reſpirandi difficultas.

VIII. Orthopnoea, eſt præceps & ut plurimum acuta reſpirandi difficultas.

IX. Dyspnoea, eſt difficultas reſpirandi chronica, ut in aſthmate, ſed non intermittens, unde ab aſthmate differt.

X. Pleurodyne, anhelatio cum pectoris dolore ſine febre.

XI. Rheuma, cognoſcitur ex difficultate reſpirandi cum ſenſu gravitatis in pectore, quam comitantur, vel præcedunt coryza, ſternutatio, raucedo, cephalalgia, tuſſis: vix adeſt pyrexia notabilis: *endemius hic morbus.*

XII. Hydrothorax, differt à dyſpnœa faciei pallore, manuum & pedum atque

ſcroti œdemate, ſymptomatis ephialtis; decubitus horizontalis impoſſibilis, pulſatio, fluctuatio aquarum ad finem advertitur: *ut in* P. *Einbach* obſervavi; inſuper tuſſis ſicca, vel humida, gravitatio & preſſio ad diaphragma, pulſus contractus, intermittens, inæqualis, cordis palpitatio, diagnoſin hujus morbi firmant.

XIII. Empyema, differt ab hydrothorace per febrem hecticam, phthiſicam, magis evidentem, maciem, prægreſſam aliquam phlegmaſiam pectoralem neglectam, ſudores profuſos nocturnos, ruborem genarum, poſt paſtum dyſpnœam majorem. &c.

CLASSIS VIII.

GENERUM CHARACTERES.

SPASMI.

Character Claſſis: contractio vel conſtans, vel interpolata, muſculorum motum localem efficientium, eaque invita.

ORDO

ORDO I. Spasmi Tonici *partiales, rigiditas organi, vel artus determinati.*

I. Strabismus, oculi ſpasmus axium opticarum divergentiam inferens.

II. Trismus, maxillæ inferioris ſpasmus tonicus, vel etiam aliquando clonicus.

III. Obstipitas, torticollis vulgo, colli ſpasmus tonicus, capitis nativam mobilitatem & directionem mutans.

IV. Contractura, artus cujusdam: ut brachii, cruris, &c: conſtans diuturna rigiditas.

V. Crampus, ſubitanea, fugax, dolorifica muſcúli rigiditas.

VI. Priapismus, penis injucunda rigiditas.

ORDO II. Spasmi Tonici *generales.*

VII. Tetanus, ſpasmus generalis tonicus ſubito ortus cum dyſpnœa.

VIII. Catochus, ſpasmus generalis tonicus ſenſim factus ſine dyſpnœa.

ORDO III. Spasmi Clonici *partiales, agitatio invita & coacta cujusdam organi, vel artus, cujus motivum non percipitur.*

IX. Nystagmus, ſpasmus clonicus oculi vel palpebræ.

X. Carphologia, ſpasmus clonicus manuum, carpive in acutis.

XI. Pandiculatio, ſpasmus artus ſucceſ ſive extendens per vices, ſemivolun tarius.

XII. Apomyttosis, ſuccuſſio cutis & capitis tremula, violenta, cum exſpiratione ſonora quaſi ſtertoroſa.

XIII. Convulsio, agitatio invita artus vel muſculi cum animæ libertate, circumſtantiarum perceptione; periodica.

XIV. Tremor, artus alterna per itus & reditus frequentes motitatio cum movendi voluntate concurrens.

XV. Palpitatio, pulſatio in regione cordis pulſui arteriarum numero, minime vero intenſitate reſpondens.

XVI.

XVI. Claudicatio, eſt inter gradiendum cruris motus, quo centrum gravitatis trunci ſenſibiliter dextrorſum, vel ſiniſtrorſum transfertur.

ORDO IV. Spasmi Clonici *generales.*

XVII. Phricasmus, eſt totius cutis ſucculio frigorifera.

XVIII. Eclampsia, eſt artuum, vel muſculorum plurimorum ſpasmus clonicus acutus, cum ſenſuum obſcuratione.

XIX. Epilepsia, eſt ſpasmus clonicus, periodicus, chronicus, artuum cum ſenſuum obſcuratione: *oleum ſtillatitium rudicis valerianæ huc usque mihi contra hæc duo mala ſummum remedium obſervatum, quod per meos pharmacopœos egregios & expertos deſtillari curo.*

XX. Hysteria, eſt artuum, organorumque etiam internorum ſpasmus clonicus, tonicusve, paroxysmis fugacibus leviter variantibus, cum mortis formidine intenſa; urina hyalina,

larga: *contra hyſteriam oleum deſtillatum eſſentiale vulvariæ fors adhuc palmam feret, quod pharmacopœi mei me authore parant.*

XXI. Scelotyrbe, eſt motus ſemivoluntarius vel unius lateris, vel totius corporis inter gradiendum, geſticulationem, aut ridiculam hiſtrionis feſtinationem referens.

XXII. Beriberia, eſt motus gradientium genua retrahens cum tremore, formicationis ſenſu, vocis raucedine, indis familiaris morbus.

CLASSIS IX.

GENERUM CHARACTERES.

DEBILITATES.

Character Claſſis: impotentia ſentiendi, appetendi, imaginandi, organa artusque movendi, more ad ſanitatem neceſſario.

ORDO I. Dysæsthesiæ, *impotentia clare ſentiendi.*

I. Ca-

I. Cataracta. viſus debilitas ob maculam opacam pone & poſt pupillam: *extractum hyoſcyami hucusque mihi nihil præſtitit exhibitum.*

II. Caligo, viſus debilitas obicibus opacis citra pupillam poſitis.

III. Amblyopia, viſus debilitas reſpective ad ſitum, gradum lucis, diſtantiam objecti, oculis pellucidis.

IV. Amaurosis, viſus debilitas obſoluta ſine ulla organi opacitate obſervabili.

V. Anosmia, odoratus debilitas, aut olfaciendi impotentia.

VI. Agheustia, guſtus debilitas, aut guſtandi impotentia.

VII. Dysecoea, auditus debilitas obicibus extra labyrinthum poſitis.

VIII. Paracusis, voces articulatas diſtincte audiendi difficultas vel impotentia.

IX. Cophosis, ſonos etiam ſimplices percipiendi vel audiendi difficultas aut impotentia, obice intra vel ultra labyrinthum poſito.

X. Anæsthesia, tactus in toto corpore debilitas vel obſcuritas ſine ſtupore & ſopore.

ORDO II. Anepithymiæ, *appetituum ſenſitivorum debilitas notabilis.*

XI. Anorexia, famis ſeu appetitus feriatio.

XII. Adipsia, ſitis feriatio.

XIII. Anaphrodisia, ſuppeſſio libidinis, feriatio, ſeu debilitas, aut impotentia.

ORDO III. Dyscinesiæ, *impotentia exercendi motus voluntati ſubjectos.*

XIV. Mutitas, voces articulatas edendi impotentia.

XV. Aphonia, plenaria vocis ſuppreſſio citra ſtuporem, & ſyncopen.

XVI. Pselismus, quosdam ſyllabas prononciandi impotentia.

XVII. Paraphonia, vocem ſolitam edendi impotentia, difficultas.

XVIII. Paralysis, motus aut tactus vel utriusque in alterutro latere debilitas cum laxitate.

XIX. Hemiplegia, debilitas motus aut tactus, vel utriusque in alterutro latere, dextro, vel ſiniſtro, tantum.

XX. Paraplexia, debilitas motus ac tactus in utroque latere corporis infra caput.

ORDO IV. Leipopsychiæ, *motuum viriumque vitalium debilitas.*

XXI. Asthenia, totius corporis gradaria ſeu ſucceſſiva debilitas ſenſibus integris.

XXII. Lipothymia, virium muſcularium totius corporis ſubitanea imminutio pulſu ſuperſtite.

XXIII. Syncope, motuum vitalium ſubitanea debilitas cum frigore, pallore, ſenſuumque obſcuratione: ut pulſus, &c.

XXIV. Asphyxia, omnium motuum & ſenſuum apparens ceſſatio, mortem ipſam referens.

ORDO V. Comata, *morbi ſoporoſi, omnium actionum feriationes.*

XXV. Catalepsis, ſtatus ſoporoſus cum artuum flexilitate, & ad quosvis novos

vos ſitus retinendos aptitudine: *facies rubet, oculi fixi, aperti, ſudor frigidus, reſpiratio parva, lenta: quinquies vidi hunc morbum in mulieribus, & ultimatim ſummo cum dolore in pie defuncta mea uxore.*

XXVI. Ecstasis, ſtatus ſoporoſus a gravi pathemate ſubito ortus, ægrum in eodem ſitu, quo prehenſus eſt retinens ſine aptitudine cataleptica.

XXVII. Typhomania, ſtatus ſoporoſus facile excitabilis, ſed illico rediens, cum frequenti muſſitatione, ſeu ſomnio, & vividitate imaginationis & memoriæ; *eſt coma vigil.*

XXVIII. Lethargus, ſtatus ſoporoſus facile excitabilis cum ſummo imaginationis & memoriæ torpore, & febre.

XXIX. Cataphora, ſtatus ſomnolentus facile excitabilis ſine febre, delirio, ac oblivione: *vidi hunc ſemel & curavi morbum Caffeæ infuſo & chocolata, prævia venæ ſectione.*

XXX. Carus, eſt ſopor profundus ſine ſtertore, ſeu eſt levis apoplexia,

quam

quam ſeſex curaſſe fortem jactant minus verſati Medici, dum earum curarunt.

XXXI. Apoplexia, eſt ſopor profundiſſimus cum ſtertore, vel ſonora reſpiratione, pulſu plerumque fortiore, rubedine faciei.

CLASSIS X.

GENERUM CHARACTERES.

PHLEGMASIAE.

Character Claſſis: febris cum pulſu duro, dolore topico, inflammatione alicujus partis, ſanguine cruſta inflammatoria tecto.

ORDO I. Phlegmasiæ *membranaceæ.*

I. Phrenitis, dolor capitis, delirium audax, vis artuum, pulſusque major, pyrexia acuta.

II. Paraphrenesis, ſymptomata phrenitidis cum ſymptomatibus peripneumoniæ: *piæ memoriæ Dominus Prælatus de Hennet Zårenſis laboravit peripneumonia & inſlammatione diaphragmatis cum lethargo.*

III.

III. Pleuritis, dolor lateris ſeu pectoris, reſpiratio & pulſus frequens, tuſſis; *R^mus. P. Norbertus Zarenſis ex dorſali pleuritide periit.*

IV. Gastritis, dolor epigaſtrii, nauſea, febris typhodes, vel remittens maligna.

V. Enteritis, dolor circa umbilicum vehemens, cum meteoriſmo, pyrexia acuta, ileo, vel dyſenteria.

VI. Epiploitis, dolor circa hypogaſtrium & umbilicum juxta epiploi extenſionem, pyrexia mitior, canalis inteſtinalis ſat liber, & pervius, tumor ſub integumentis obſervabilis.

VII. Metritis, dolor & tumor in regione & extenſione uteri, ac lumbis & inguinibus cum febre plerumque remittente.

VIII. Cystitis, dolor, tumor, hypogaſtrii tenſio cum dyſuria, vel iſchuria, ac febre.

ORDO II. Parenchymatosæ *phlegmaſiæ.*

IX. Myositis, febris acuta, dolores in diverſis muſculis artuum diu noctuque diſcruciantes; ſanguis in patella eſt tectus glatina alba: *vulgo rheumatismus acutus.*

X. Cynanche, dolor gutturis cum dyſpnœa ſtrangulante. dysphagia, pyrexia acuta, & inflammatione gutturis.

XI. Carditis, dolor ſub ſterno, pulſus in æqualis, frequens; palpitatio, cardialgia; cordis anxietas.

XII. Peripneumonia, pyrexia acuta, dyſpnœa gravis, ſenſus oppreſſionis gravativæ ſub ſterno, tuſſis cruenta, pulſus mollis ad finem.

XIII. Cephalitis, febris acuta cum delirio ſomnolento, carphologia, aſthenia.

XIV. Hepatitis, dolor, tenſio, calor in regione hepatis cum pondere, tuſſi ſicca, reſpiratione difficili, pyrexia plerumque amphymerina.

XV. Splenitis, dolor, tumor in regione lienis, tactum vix tolerans cum febre remittente.

XVI.

XVI. Nephritis, dolor acutus in regione renum juxta ureteres in veſicam directus cum febre acuta, dyſuria, iſchuria, &c.

XVII. Phlegmone, inflammatio partis externæ, febris inflammatoria, dolor partis inflammatorius, ſanguis cruſta inflammatoria tectus.

CLASSIS XI.

GENERUM CHARACTERES.

FEBRES.

Character Claſſis: pulſus frequens, fortisve, reſpiratio aucta viribus artuum minutis; vel eſt virium vitalium augmentum, vel ſaltem in eodem ſtatu perſeveratio viribus artuum notabiliter minutis.

ORDO I. Continuæ *febres.*

I. Ephemera, decurſus 4. dierum ad ſummum, vigor morbi illico, virium artuum non magna imminutio, pulſus illico unus ex criticis Ill: Bordeu: *in pulſibus hujus Autoris me exerceo attentiſſimus, & invenio ex ſemiotica haud eſſe proſcribendos;*

quam.

quamvis ſubinde fallant, ſecus, ſi ita procedere vellemus, tota ſemiotica eradi deberet; omne enim ſignum erroribus ſubjectum eſt. Quod pace ſummi viri Ant. de Haen dixerim de praxi medica benemeriti, & Profeſſoris mei æternum venerandi.

II. Hebdomadaria, decurſus 7 dierum, incrementum ſucceſſivum, degeneratio major humorum, virium artuum debilitas, pulſus ab initio irritationis.

III. Decatessara, decurſus intra 14 vel 20 & unam diem, pyrexia major, pulſus irritationis, lentum incrementum, virium artuum debilitas magna.

IV. Typhus, decurſus ultra 20 & unam diem, pyrexia nulla, vel exigua in pulſu, debilitas maxima artuum: *pulſus & urina bona, & æger moritur.*

V. Hectica, decurſus ultra menſem, pyrexia exigua, debilitas parva.

ORDO II. Remittentes *febres.*

VI. Amphimerina, remiſſio quotidianæ typum ſervans, frigus in paroxyſmis.

VII. TRITÆOPHIA, remiſſionis typus tertianæ, frigus fere nullum.

VIII. TETARTOPHIA, remiſſio 4tanæ typum habet.

ORDO III. INTERMITTENTES *febres perfectæ.*

IX. QUOTIDIANA, acceſſus ſimiles quolibet die accedunt, & recedunt.

X. TERTIANA, acceſſus ſimiles alternis diebus revertuntur, & recedunt.

XI. QUARTANA, acceſſus ſimiles duobus interpoſitis diebus redeunt, & abeunt.

XII. ERRATICA, acceſſus ſimiles diſtantes ab invicem pluribus quam duabus diebus; vel incerti ſunt acceſſus.

CLASSIS XII.

GENERUM CHARACTERES.

VESANIAE.

Character Claſſis: eſt morbus animi, ſeu error in imaginatione, appetitu, aut judicio.

ORDO

ORDO I. Hallucinationes, *imaginationes deceptivæ ex errore organi natæ.*

I. Vertigo, apparens objectorum vacillatio, ſeu nutatio.

II. Suffusio, objectorum, quæ non ſunt, viſio imaginaria.

III. Diplopia, hallucinatio, qua idem objectum multiplicatum apparet.

IV. Syrigmus, auditio imaginaria ſoni, cujus nullum eſt extra aures principium.

V. Hypochondriasis, morbus diuturnus, quo affectus ſe in mortis periculo verſari ex ructu, palpitatione, aliisque levidenſibus malis imaginatur; *vel eſt hallucinatio circa propriam valetudinem nata ex philautia, ſalvo ratiocinio de reliquis.*

VI. Somnambulismus, hallucinatio, qua ſomniantes è lecto ſurgunt, ſeque diverſis periculis exponunt.

ORDO II. Morositates, *cupiditates aut averſationes depravatæ.*

VII. Pica, alimentorum inaſſuetorum & indigeſtibilium appetitus cum aſſuetorum averſatione.

VIII. Bulimia, appetitus eſculentorum copiæ majoris, quam digeri poteſt.

IX. Polydipsia, appetitus majoris ſolito copiæ potulentorum.

X. Antipathia, quorundam objectorum tanta averſatio, ut ex eorum viſu, vel olfactu æger gravia ſymptomata patiatur.

XI. Nostalgia, parentum, patriæ tanta cupiditas, ut hac non expleta æger gravi morbo decumbat, totus langueat, conſumatur: *Carniolis patriotis meis innatus morbus; junior Criſii ipſe hocce malo laboravi; anima vix corpori adhæret, commercium hujus cum corpore fere eſt ſublatum.*

XII. Panophobia, ſumus pavor inter dormiendum ſine cauſſa evidenti.

XIII. Satyriasis, effrænis, impudensque veneris cupiditas in viris cum libidinoſa penis tentigine.

XIV. Nymphomania, eſt effrænis in fœminis veneris cupiditas: *duas jam metritide laborantes tractandas babui matronas, quæ ſimul ex furenti nymphomania quosquos mares ad coitum faciendum cogebant.*

XV. Tarantismus, eſt effrænis choreas agendi, ſaltandi, cupiditas.

XVI. Hydrophobia, eſt effrænis potulentorum averſatio, ſæpius à morſu animalis rabidi: *uxor mea pie defuncta puerpera decumbens ex metritide typhode, perſæpe recurrente catalepſi, ſimul furens hydrophobica erat. An Rabies diſtinctum ſit genus, ut Ill: Carolus Linnæus conſtituit?*

ORDO III. Deliria, *inſomnia mentis judicantis à cerebri vitio.*

XVII. Paraphrosyne, delirium fugax, à veneno, aut altero morbo dependens.

XVIII. Amentia, delirium univerſale mite, ſine furore & audacia cum morbo diuturno.

XIX. Melancholia, delirium particulare mite cum mœrore, ac morbo diuturno,

XX. Mania, delirium univerſale cum furore, vel audacia, & morbo diuturno, ordinario ſine omni febre notabili.

XXI. Dæmonomania, delirium melancholicum, quod vulgo diaboli potentiæ tribuitur.

ORDO IV. Anomalæ *veſaniæ prioribus affines.*

XXII. Amnesia, omnis memoriæ feriatio.

XXIII. Agrypnia, pervigilium continuum.

Summa igitur Generum eſt 340. *in hoc ſyſtemate ſymptomatico; in ultima vero editione* Ill. de Sauvages 315. *conſtituerat; addidi ergo genera* 25.

Heu mihi tot mortes homini, quot membra, malisque
Tot ſumus infecti, mors ut Medicina putetur.

INDEX

INDEX GENERUM.

A.

Abortus	28	Anaphrodiſia	42
Adiapneuſtia	32	Anaſarca	17
Adipſia	42	Anchylomerisma	13
Aedopſophia	31	Aneurisma	8
Aglactatio	32	Angina	33
Agheuſtia	41	Anorexia	42
Agrypnia	54	Anosmia	41
Algor	24	Anthrax	7
Alopecia	22	Antipathia	52
Amauroſis	41	Anxietas	24
Amblyopia	41	Apella	12
Ambuſtio	11	Aphonia	42
Amentia	53	Aphtha	15
Amneſia	54	Apomyttoſis	38
Amphimerina	49	Apoplexia	45
Amputatio	13	Apoſtema	9
Anacatharſis	30	Ardor	24
Anæſtheſia	42	Aridura	17

Arthritis 23
Arthrocace 12
Aſcites 18
Asphyxia 43
Aſthenia 43
Aſthma 35
Atrophia 16
Aurigo 21

B.

Beriberia 40
Blepharoptoſis 9
Bronchocele 8
Bulimia 52
Bubo 7
Bubonocele 10

C.

Caligo 41
Cancer 7
Carcinoma 19
Cardialgia 25
Cardiogmus 25
Carditis 47
Caries 12
Carphologia 38
Carus 44
Catalepſis 43
Cataphora 44
Cataracta 41
Catarrhus 23
Catochus 37
Cephalæa 24
Cephalalgia 24
Cephalitis 47
Chloroſis 22
Cholera 29
Cicatrix 13
Claudicatio 39
Cœliaca 29
Colica 25
Colpocele 10
Condyloma 7
Contractura 37
Contuſio 11
Convulſio 38
Cophoſis 41
Coryza 30
Crampus 37
Cynanche 47
Cyſtitis 46

D.

Dæmonomania 54
Decateſſara 49
Diabetes 30
Diarrhœa 29
Diaſtaſis 10
Digitium 26
Diplopia 51
Dyſecœa 41
Dyſenteria 28
Dyshæmorrhois 33
Dyslochia 32
Dysphagia 33
Dyſpnœa 35
Dyſodia 31
Dyſtocia 33
Dyſuria 32

E.

Ecchymoma 5
Eclampſia 39
Ecſtaſis 44
Elcoſis 22
Elephantiaſis 20
Emphyſema 6
Empyema 36
Encephalocele 10
Enteritis 46
Enureſis 30
Ephelis 5
Ephemera 48
Ephialtes 34
Ephidroſis 30
Epidoſis 13
Epilepſia 39
Epinyctis 6
Epiphora 30
Epiploitis 46
Erratica 50
Eryſipelas 15
Erythema 6
Eſchara 12
Eſſera 15
Exania 9
Exarthrema 10
Exocyſtes 9
Exomphalos 9
Exophthalmia 9
Exoſtoſis 8

F.

Fiſſura 11
Fiſtula 12
Flatulentia 31
Fractura 11
Frambæſia 20
Furunculus 7

G.

Galactirhœa 31
Gangræna 22
Gaſtritis 46
Gaſtrocele 9
Gaſtrodynia 25
Gibboſitas 12
Gonorrhœa 31
Graviditas 18
Gutta roſea 5

H.

Hæmatemeſis 27
Hæmataporia 16
Hæmaturia 27
Hæmoptyſis 27
Hæmorrhagia 27
Hæmorrhois 28
Hebdomadaria 49
Hectica 49
Hemicrania 24
Hemiplegia 43
Hepatalgia 25
Hepatirhœa 28
Hepatitis 47
Herpes 6
Hidroa 6
Hirſuties 13
Hordeolum 8
Hydarthrus 8
Hydatis 8
Hydrocephalus 18
Hydrometra 18
Hydrophobia 53
Hydrorachitis 18
Hydrothorax 35
Hypochondriaſis 51
Hypoſtaphyle 9
Hyſteralgia 26
Hyſteria 39

Hyſte-

Hyſteroloxia 10
Hyſteroptoſis 10

I.

Ileus 29
Imperforatio 13
Iſchias 26
Iſchiocele 10
Iſchuria 32

L.

Lagoſtoma 12
Laparocele 9
Laſſitudo 24
Leontiaſis 19
Lepra 21
Lethargus 44
Leucoma 5
Leucorrhœa 31
Lienteria 29
Lipothymia 43
Lochiorrhœa 31
Lordoſis 12
Loxarthrus 10
Lumbago 26
Lupia 8

M.

Malis 20
Mania 54
Mariſca 8
Maſtodynia 26
Melæna 28
Melancholia 54
Melaſicterus 21
Menorrhagia 27
Menoſtaſia 33
Meteorismus 33
Merocele 10
Metritis 46
Miliaris 14
Morſus 11
Mutitas 42
Myoſitis 47

N.

Nævus 5
Nauſea 28
Necroſis 22

Ne-

Nephralgia 25
Nephritis 48
Noſtalgia 52
Nymphomania 53
Nyſtagmus 38

O.

Obſtipatio 33
Obſtipitas 37
Odontalgia 25
Oedema 6
Omphalocele 9
Operatio 11
Ophthalmia 24
Opoodeocele 10
Orthopnœa 35
Oſcedo 34
Oſcheophyma 9
Oſteocopus 23
Otalgia 24
Otorrhœa 31

P.

Palpitatio 38
Pandiculatio 38
Panophobia 52
Papula 6
Paracuſis 41
Paragloſſe 9
Paralyſis 42
Paraphonia 42
Paraphrenitis 45
Paraphroſyne 53
Paraplexia 43
Paronychia 7
Parorchidium 10
Parotis 7
Pemphigus 14
Perinæocele 10
Peripneumonia 47
Peſtis 14
Phimoſis 7
Phlegmatia 17
Phlegmone 48
Phlyctæna 6
Phœnigmus 21
Phrenitis 45
Phricasmus 39
Phthiriaſis 22
Phthiſis 16
Phyſconia 18
Phyſocephalus 18

Phyſo-

Phyſometra 19
Pica 52
Pleuritis 46
Pleurodyne 35
Plethora 17
Pneumatoſis 17
Polydipſia 52
Polymeriſma 13
Polyſarcia 17
Priapismus 37
Proctalgia 26
Proptoma 9
Pruritus 24
Pſelismus 42
Pſydracia 6
Pterygium 8
Ptyalismus 30
Pudendagra 26
Punctura 11
Purpura 14
Puſtula 6
Pyroſis 25
Pyuria 30

Q.

Quartana 50
Quotidiana 50

R.

Rachialgia 26
Rachitis 19
Rhagas 12
Rheuma 35
Rheumatismus 23
Rubeola 14
Ruptura 11

S.

Sarcoma 7
Satyriaſis 52
Scabies 21
Scarlatina 15
Scelotyrbe 40
Scirrhus 7
Scorbutus 20
Scrophula 19
Singultus 34
Somnambulismus 51
Splenalgia 25
Splenitis 47
Staphyloma 8
Sterilitas 32
Sternutatio 34

Stertor

Stertor 35
Stomacace 27
Strabismus 37
Stupor 24
Suffuſio 51
Sutura 11
Syncope 43
Syphilis 20
Syrigmus 51

T.

Tabes 16
Tarantismus 53
Tenesmus 29
Tertiana 50
Tetanus 37
Tetartophia 50
Tinea 21
Tremor 38
Trichoma 22
Trismus 37
Tritæophia 50
Tuſſis 34
Tympanites 19
Typhomania 44
Typhus 49

V.

Variola 14
Varix 8
Varus 6
Verruca 7
Vertigo 51
Vitiligo 5
Ulcus 12
Vomitus 28
Vulnus. 10